

Del Col. M. de Cuenca

PRACTICARVM

**OBSERVATIO
NVN, TAM AD PRO-
CESSVM IVDICIARIVM, PRÆ-
SERTIM IMPERIALIS CAMERÆ, QVAM CAV-
SARVM DECISIONES PERTINENTIVM,
LIBRI DVO.**

De Pace publica, & Proscriptis, siue Bannitis Imperij, Libri II.

De Pignorationibus, Liber Singularis.

De Manuum iniectionibus, siue Arrestis Imperij, Tractatus.

*PER NOBILEM AC CLARISS. I. C. D. ANDREAM GAILL,
Agrippinatem, C. as. Maiest. à Consilijs, congesta, & ad utilita-
tem eorum, qui in Foro versantur, in
lucem edita.*

EDITIO POSTREMA.

Post ultimam Authoris auctorem & recognitionem, diligenter castigata, literarum vario-
tate, ad commodiorem lectorum usum, distincta; Remissionibus etiam tam ad ip-
sius Authoris, quàm ad aliorum præstantium aliquot Practicorum,
obseruationes, in margine adiectis.

*Addita sunt Summaria, Indicesque tam Argumentorum, quàm Verborum, Rerum,
Sententiarumq; insignium, locupletissimi.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
Ex Officina Antonij Hierati.

ANNO M. DC. XI.

Cum Gratia & Priuileg. Sac. Cas. Maiest. Speciali ad decennium.

*Algo 1 mes
de Hierati
de la Millas*

*del colegio de Cuenca
lib. a*

POTENTISSIMO,
AC INVICTISSIMO IMPERA-
TORI RVDOLPHO II. S. A.

REVERENDISSIMIS ET IL-
LUSTRISSIMIS, REVERENDIS, ET ILLUSTRIBVS

S. R. Imperij Electoribus, Principibus, ceterisq; Ordinibus & Statibus,
Dominis suis clementissimis atq; benignis, S.



VM olim, Inuictissime CÆSAR, Reuerendissimi, Illustrissimi, Reuerendi, & Illustres Sacri Romani Imperij Principes, Ordines, Domini clementissimi atque benigni, in Augustissimo atq; Amplissimo Maiestatis vestrae, & summo Imperij Iudicio Spiræ, Ad floratus munere fungerex, cique annis ferè vndecim, pro virili mea, præessem, quædam, tam decernendis, quam decidendis causis controuertis, vtilia, quæ vsui meo priuato tum inferirent, succifua, ac velut subsecundaria opera, obiter adnotauî, quæ temporis deinde successu, in quatuor Observationum Centurias paulatim exereuerunt. Quas quidem, cum postea à quibusdam, melioris notæ amicis, singulari fide & amicitia mihi coniunctis, partim Spiræ, partim alibi, familiariter communicassem, me obnixè rogare & obtestari ceperunt, vt eas in communem Studiosorum vsum, & præsertim eorum, qui in foro Imperij, versantur, publicas facerem, ea potissimum ratione commoti, ne post funera mea, alius quispiam perfictæ frontis Leguleius eas fortè per occasionem nactus, pro suis arrogàter impudenterq; vendicaret, suoq; nomine, fucatis & superinductis coloribus, in lucè emitteret: multorum etenim ingenia in superbiam & gloriæ cupiditatè ita comparata esse, vt inuerecundè alienos labores pro suis protrudant, & alienis se plumis ambitiosè exornent. Hæc, cum animo mecum sollicitè & accuratiùs repeterem, adeoq; ex relatione fide dignorum, immò, proprio quorundam confessione, compertum haberem, aliquam mearum OBSERVATIONVM, ac præcipuè quidem earum, quæ ad quotidianum Cameræ Imperialis vsum pertinerent, partem, passim, & varijs locis, multorum manibus, aliorum etiam nomine ac titulo, mendosè circumferri, operæ & honoris precium me facturum existimari, listos meos labores, rudi Minerua, neque eo initidò sine, vt lucem viderent, conscriptos, sub incudem suspensa manu reuocarem, eosq; precibus & admonitionibus amicorum victus, communes & publicos facerem. Itaq; ex quatuor illis OBSERVATIONVM CENTURIIS, quasdam obiter & perfunctoriè reuidi, alioq; ordine dispositas, in duos tandè Libros congesti: quorum Primus Iudiciorum ordinem: Secundus, Contractuum & Vltimarum voluntatum materias cõplectitur: idq; eo potissimum tempore confeci, quo Diuo Maximiliano II. felicissimæ recordationis, Vestrae CÆS. MAIEST. Augustissimo Parenti, à Consilij aulicis, & Libellis supplicibus essem, & à negotijs principalibus vacare nõ potuerim, quibus quotidie ita cumulata & variè distrahebar, vt pensum meum aulicum vix absolueret, tantum abest, vt aliquid splendoris aut ornamenti, vel extremam manum illis meis laboribus addere, eosque dignè perpolire potuerim. Licet autem hoc delicatissimo seculo

AVTHOR AD CANDIDOS ET BENEVOLOS LECTORES.



Accipite Candidi & Beneuoli Lectores, iam quartam mearum lucubrationum editionem, commodioris vsus gratia, minori ac portabili forma, publicis literarum typis impressam, prioribus, vti spero, editionibus multò correctiorem. In qua hoc vnum, quantum potui, maximo studio contendi, vt iurium allegationes, Doctorumq; auctoritates in rem præsentem appositè, sincera & optima fide haberetis. Cuius quidem laboris & diligentia meæ, citati textus, accuratæ numerorum distinctiones, & consiliorum initia, locupletissimi testes erunt. In quo, etsi plus fortassè laboris, quàm industriæ & ingenij positum sit, vobis tamen, quibus labor hic noster magno frequenter adiumento, & subsidio esse poterit, institutum hoc nostrum, propensæq; voluntatis in studia vestra indicium, officiosum ac gratum fore cōfido. Videmus enim plerosq; suis in scriptis plenis follibus leges & iura ad ambitiosam, vanamq; doctrinæ ostentationem spirare, vt vel paginas tædiosa prolixitate compleant, vel materias ipsi foli exactè & solidè tractasse, & primi perspexisse videantur. Quorum scripta, si non populari, sed accuratio re deinde trutina penitentur, & ad subiectas studiosè reuocentur materias, partim mendosa, plerumq; impertinentia, sepè etiam falsa esse innotescet. Maiore tamen reprehensione sunt digni, qui alienos sibi labores inuerecundè vendicant, & impudenter adscribunt, non allegatis sincera fide auctoribus, vnde illa desumpserint. Quod sanè eos, qui iustitiæ sacerdotes, legumq; Magistros sese profitentur, minimè decet, cum incivile sit, non profiteri palam, per quos quis profecerit. Cuius quidem criminis Ioachimus Mynsingerus nuper me publicè insimulauit, & ex suis multis retrò annis in lucem publicatis singularium Observationum Imperialis Camerae Centurijs mutuatum esse, meiq; scriptis frustillatim ferè infarcisse, nulla nominis sui mentione facta, admodum indignè criminatur. Equidem mirari satis nequeo, quid nam homini nunquam à me prouocato, nunquam lacescito, in mentem venerit, quod tam suaviter & splendide sibi mer ipsi adblandiatur, tamque præclare de seipso loquatur & sentiat; cuius elogio & magnificentia tantum abest, vt inuideam, & detractum vel in minimo velim, vt cum etiam & maioribus titulis, & æuo duraturis honoribus dignum esse prædicem. Cæterum, cum discrimine existimationis alterius, fama q; innocentis labefactione, probrosis acerbisque compellationibus vagari, iniuriosum est. Et sanè nihil magis optarem, quam publicè hanc mihi iniustam iniuriæ notam, amabilis beneuolentiæ, & iucundissimo concordia studio, dissimulanter negligere, altoque silentio inuolucere: Cum nihil sit mihi bonorum virorum amicitia antiquius, & inlito natura quodam ductu, à literarijs contentionum tricis abhorream; si saluo honore, decenter id & honestè à me fieri posset: & nisi iniquus, imò crudelis in meipsum iudicaret, si propriam negligens famam, taciturnitate hac mea, iniquam fonere causam existimarer. Verum, quia in re manifestè iniqua, operosa refutatione non sit opus, cumque æquitati, bonitatiq; causæ meæ constanter confidam, Vos, qualescunq; Lectores, quibus citra affectatum partis studium, & sine peruicacia caligine, sincerum est iudicium, testes innocentia meæ appello, qui vtriusque nostrum scripta legistis. Si quid in simili argumento ante me ab illo dictum, vel in publica scripto-

PIGNOR. ET TRACT. DE ARRESTIS.

Vniuersitas vt dicatur congregata, requiruntur duæ partes, 17.	116	fitam cautionem, num. 29.	49
Vniuersitas vt ex delicto teneatur, quid requira- tur, num. 4.	120	Vsufuctuarius sui vsufructus dominus est, 20. 164.	
Vniuersitas non potest ex suo contractu obliga- re personam singularem, 9.	257	Vsufuctuarius cautionem damni infecti exige- re potest, num. 6.	150
Volens nemo percuti debet, 17.	93	Vulnera non dantur ad stateram & mensuram, 22.	69
Voluntas extremis indicijs patefacta, pro delicto habetur, 8.	57	Vxor damnata, non perditur dos, nisi quinque calibus, 26.	160
Voluntas & propositum distinguunt maleficia, num. 7.	3	Vxor maritum Bannitum licetè recipere potest, 16.	128
Voluntas occidendi hominem an in veteri testa- mento pro facto habita sit, 17.	58	Vxor viri calamitates moderatè ferre debet, 18. ibid.	
Voluntas hominis magis factis quam verbis de- claratur, num. 32.	124	Vxor à fisco marito Bannito dotem occupatam recuperat, num. 4.	155
Voluntas pignorantis spectanda, 2.	196	Vxor marito Bannito non solum dotem, sed et- iam donationem propter nuptias, & bona pa- raphernalia repetit, num. 12.	157
Voluntas contrahentium & delinquentium in contractibus & criminibus spectanda, 4.	197	Vxor ex bonis mariti Banniti, si dotem non ha- beat, alimentari debet, 16.	135
Voluntas sola non sufficit, vbi facto opus est, 11. 237		Vxor sequitur forum viri, & conuscat radijs ma- riti, 23.	38
Vsufuctuarius si cautionem exactam proprie- tario petenti non præbet, fructus suos non fa- cit, 14.	176	Vxor legataria sub pluribus conditionibus om- nes adimplere debet, 22.	35
Vsufuctuarius naturaliter possidet, 5.	190	Vxor impedimentum allegans consanguinita- tis, & pararam probationem offensus marito, non est ante omnia restituenda, 3.	271
In rem agere potest, qui sui vsufructus domi- nus est, 6.	190		
Vsufuctuarius an fructus faciat suos ante præ-			

FINIS INDICIS DE PACE PVBLICA, PIGNO-
rationibus, & Tract. de Arrestis.

LAVS DEO SEMPER.



PRACTICARVM
OBSERVATIONVM, TAM AD
PROCESSVM IVDICIARIVM, PRAESERTIM
IMPERIALIS CAMERAE, QVAM CAUSA-
rum decisiones pertinentium,
Liber Primus,

AVTHORE ANDREA GAILL,
I. C. PRAECLARISSIMO.

EDITIO POSTREMA, diligenter recognita & castigata.

DE CAUSIS SIMPLICIS QVERELAE AD CA-
MERAM IMMEDIATE SPECTANTIBVS.

OBSERVATIO PRIMA.

In quibus casibus Camera Imperialis in prima Instan-
tia sit iudex competens.

SYMMARIA.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Cause plerumque per viam appellationis ad Ca-
meram denoluntur.
<i>Stylus iudicij pro lege habetur. Ibid.</i></p> <p>2 Cause Fraetz pach ad Cameram spectant.</p> <p>3 similiter cause Religionis, ratione processus.</p> <p>4 item Mandata de non offendendo.</p> <p>5 item Mandata sine clausula.</p> <p>6 item Pignorationes.</p> <p>7 item cause Privilegiarum.
<i>Princeps solum qualiter de suo privilegio cogno-
scat. ibid. & nu. 13.</i></p> <p>8 Securitatem principis violans, crimen lese ma-
iestatis committit.</p> <p>9 Privilegia, Camerae, & parti insinuanda sunt.</p> <p>10 Insinuationes privilegiorum non acceptantur
in Camera à privatiss personis.</p> <p>11 Privilegia non insinuata iudici & parti, nihil
profunt.</p> <p>12 Privilegiorum insinuatio fieri debet coram iu-
dice competente. Vel, coram Notario, & duo-
bus testibus, num 13.</p> <p>14 Constitutio litigiose possessionis fundat Iurisdi-
ctionem Camerae immediate.</p> <p>15 similiter Constitutio super l. diffamari.</p> | <p>16 Commissiones ad perpetuam rei memoriã qua-
do in Camera decerni possint.</p> <p>17 Nobiles mediatè Imperio subiecti, item Cives,
quãdo in prima instãtia in Camera agere possint.</p> <p>18 Princeps civitatem sibi subiectam vbi convenire
debeat.
<i>Consuetudo tribuit iurisdictionem, & iudicem
in propria causa facit. Ibid.</i></p> <p>19 Civitas Ducalis vbi principè convenire debeat.</p> <p>20 Civitas Imperialis vbi conveniri debeat.</p> <p>21 Iurisdictio Camerae fundatur ob denegatam in-
stitiam.</p> <p>22 item, propter Continentiam causarum.</p> <p>23 & in citatione pro relaxatione Iuramenti ad effe-
ctum agendi.</p> <p>24 item in Mandatis de relaxandis captivis.</p> <p>25 item in causis Fiscalibus.</p> <p>26 & in decernendis Promotorialibus.</p> <p>27 item in causis Criminalibus ratione Nullitatis
processus.</p> <p>28 Appellatio in criminalibus non habet locum in
Germania.</p> <p>29 ex Renuntiatione fori Camerae iurisdictio proce-
gat.</p> |
|--|--|

DE PACE PVBLICA, ET EIVS VIOLATORIBVS,

ATQVE PROSCRIPTIS SIVE BAN-
nitis Imperij. Liber Primus.

AVCTORE ANDREA GAILL,
I. C. PRÆCLARISSIMO.

EDITIO POSTREMA, diligenter recognita & castigata.

CAPVT PRIMVM.

De Constitutione Pacis publicæ, & eius effectu.

SVMARIA.

- 1 *Cesar Imperij salutem tueri debet.*
- 2 *Salus Romani Imperij in tranquillitate consistit.*
- 3 *Pena violatæ pacis publicæ capitalis est.*
- 4 *Pacis tempore omnia veruant: & de pacis encomio.*
- 5 *Pax nihil aliud est, quam publica tranquillitas.*
- 6 *Pacem turbans, publicam libertatem pervertit.*
- 7 *Iure non visum quisque repetere debet.*
- 8 *Innocentia meum Constitutioni fractæ pacis tuta existit.*
- 9 *Pacis publicæ edictum ad omnes pertinet.*
- 10 *Lex sui naturæ vniuersalis est.*
- 11 *Ignorantia fractæ & supina scientiæ comparatur.*
Pars sunt scire, vel scire debere. ibid.
- 12 *Pacis publicæ Constitutio etiam Ecclesiasticos obligat.*
- 13 *Ecclesiastici immediatè Imperio subiecti, ob delictum fractæ pacis amittunt regalia & priuilegia, quæ ab Imperatore & Imperio habent.*
- 14 *Sed pœna corporali puniri non possunt.*
- 15 *Rex licet clericum in persona punire non possit, potest tamen in patrimonio sibi subiecto.*
- 16 *Clerici immediatè Imperio subiecti, coram ordinarij super crimine fractæ pacis conueniri debent.*
- 17 *Clerici tam in criminalibus, quam in civilibus coram iudice Ecclesiastico conueniri debent.*
- 18 *Clerici boni Cesar protectioni, reprobi terrori esse debent.*
- 19 *Laici & clerici socij criminis, vbi forum sortiantur.*
- 20 *Degradatio clericorum introducta, ne crimina impunita maneant.*
- 21 *Index Ecclesiasticus sanguinis pœnam agere non potest.*
- 22 *Degradatio locum habet etiam in Clericis, in minoribus ordinibus constitutis.*
- 23 *Degradatio duplex est, verbalis & actualis.*
- 24 *Degradatio actualis eximit clericum à iurisdictione iudicis Ecclesiastici, secus si sit verbalis.*
- 25 *Degradatio actualis est executio sententiæ depositionis.*
- 26 *Degradatio in quibus criminibus locum obtineat, & num. seq.*
- 27 *Degradatio suspenditur, vbi vitæ emendatio speratur.*
- 28 *Degradatio ex anælorationi comparatur.*
- 29 *Mori nemo in dignitate debet.*
- 30 *Degradatio in atrocissimis delictis omitti potest.*
- 31 *Clerici ob delictum perpetuum carceribus emancipantur.*
- 32 *Carcer de iure Canonico pœna est: secus de iure civili.*
- 33 *Modus de consuetudine carceris pœna est.*
- 34 *Pacis publicæ Constitutio etiam mulieres comprehendit.*
- 35 *Pars sunt aliquid per se, vel per alium facere.*
- 36 *Mulieres Bannitæ quid amittant.*
Ancillæ virgines olim venditæ, vt virginitas eis salua sit, nec prostituantur. ibid.